



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Florae romanae prodromus exhibens centurias XII
plantarum circa Romam et in Cisapenninis pontificiae
ditionis provinciis sponte nascentium sexuali systemate
digestas**

Romae, Apud Vinc. Poggioli R.C.A. typographum, MDCCCXVII [1818]
<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/119545>

Item: <https://www.biodiversitylibrary.org/item/208798>

Page(s): Text, Text, Text

Holding Institution: Research Library, The Getty Research Institute
Sponsored by: Getty Research Institute

Generated 24 January 2025 2:36 AM
<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1769017i00208798.pdf>

This page intentionally left blank.

FLORAE ROMANAE

PRODROMUS

EXHIBENS

CENTURIAS XII PLANTARUM

CIRCA ROMAM

ET IN CISAPENNINIS PONTIFICIAE DITIONIS PROVINCIIS
SPONTE NASCENTIUM

SEXUALI SYSTEMATE DIGESTAS

AUCTORIBUS

ANTONIO SEBASTIANI M.D.P.B.P.

E T

ERNESTO MAURI.

*.... Nullis hominum cogentibus ipsae
Sponte sua veniunt*

Virg. Georg. l. 2.

ROMAE MDCCCXVIII.

APUD VINC. POGGIOLI R.C.A. TYPOGRAPHUM

Superiorum permissu.

ribus minime posse separari edocuit ; et re vera varietatis nostræ γ circa urbem passim inveniendæ , quæ ab aliis longiore itinere et constanter diversa visa fuerat , vel color , vel statura , vel genitalium proportio , vel plures simul characteres non raro in individuis prodierunt varietati α vel β pertinentibus , quæ a cæteris ejusdem loci natalis , vel sterilioris soli , vel magis apricæ regionis ratione aliquomodo secedebant . Cæterum transitio ab α in β magis luxuriantem varietatem per intermedios lusus frequens quoque fuit in speciminibus Cimini montis . Nonne suspicandum e similibus aberrationibus plures ortas esse *Croci* sub vere florentis species apud auctores , cum in loco natali observatæ non fuerint ?

(18) ROMULEA .

41. BULBOCODIUM . *Nob.* Scapis unifloris subgeminatis : foliis filiformi-compressis , sulcatis , flexuosis ; spathis corollæ tubum longe excedentibus ; stylo staminibus longiore , stigmatibus bipartitis .

Romulea . *Maratti Diss. de binis Rom. plantis , cum ic.* (mala) . *Ixia bulbocodium . L.-W. Sp. - Pers. E. - Jacq. rar. t. 271.-Desf. Atl. 1. p. 34.-Savi. Bot. Etr. 2. p. 7. I. bulbocodium var. α . major . Schousboe. Mar. I. bulbocodium B. Redout. lil. t. 88. f. B. 1 , 2. I. bulbocodium A. Tenore Fl. Neap. 1. I. bulbocodium var. γ . grandiflora . Vahl En.-Roem. S. Veg. 1. Trichonema bulbocodium . Gawler Ann. of Bot. 1. p. 223. Romulea flore ex violaceo et luteo variegato . Hort. Rom. 7. t. 4. (mala) . Sisyrinchium aspresium angusto folio alterum . Col. Ecphr. 2. p. 5. t. 7. f. 1. (bona) . Sisyrinchium minus angustifolium flore majore variegato . C. B. P. 41. Crocus vernus angustifolius violaceo flore . Clus. H. 1. p. 208. (male) .*

In apricis . collibus circa urbem frequens . *Alla Caffarella, presso Tor-di-Quinto, alla Farnesina, a Capo di Bove, etc. a Baccano, Monte-Rosi, sui Cimini ...* Perenn. Floret Februario labente , Martio .

Bulbus obverse pyriformis solidus , radiculis ex appendice cochleariformi oblique bulbo adjecta . Folia filiformia , lateribus compressa , sulcata , superius levissime canaliculata , canaliculi marginibus arcute conniventibus , scapo longiora , recurva , flexuosa . Scapi e bulbo gemini , interdum 3 , vel unus , uniflori , sub-pollicares , erectiusculi , fructiferi recurvati . Spatha bivalvis persistens , valvulis oppositis , lanceolatis , concavis , basi germen involucrantibus , superius corollæ adpressis ; exterior foliacea rectiuscula ; altera membranacea , dorso interdum virens , ultra germen libera , extus flexa . Germen cum continuo scapi apice oblique parum flori subjectum ; lineam longum , obscure trigonum . Corolla erecta pollicaris et

ultra vel minor, tubo brevissimo, semi-lineam vix assequente, limbo sexpartito, campanulato, laciniis æqualibus lanceolatis; marcescens convoluta; colore admodum varia, constanter fundo crocea, apicibus sub-violacea, cæterum ab albo ad roseum et rubro-violaceum ludit, et laciniæ tres exteriores, ut plurimum, dorso colore saturatiore, etiam rubro-spadiceo pinguntur. Stamina erecta corolla duplo saltem breviora, filamentis simplicibus basi hirsutis, antheris sagittato-oblongis. Stylus staminibus sesqui-longior, vel ultra; stigmata tria filiformia profunde bipartita, nec raro omnino sex.

Magnitudine uti et colore flores hujus speciei variare non nihil adnotavimus, ideoque huc etiam referri debere ducimus aliam Clusii plantam, quæ *Crocus vernus angustifolius*. Cl. l. c., seu *Ixia bulbocodium* var. β . media. Vahl, Roem. et Sch., aliorumque. Præterea Clusii icona nobis sub specie citata ob spathæ defectum pessima.

42. COLUMNÆ. Nob. Scapo unifloro sub-solitario sub-nutante: foliis filiformi-compressis sulcatis flexuosis: spathis corollæ tubum longe excedentibus: stylo staminibus brevior, stigmatibus apice bifidis.

Romulea var. 5. *Maratti Diss. De bin. rom. pl. Ixia bulbocodium* var. α . parviflora. *Vahl En. 2. - Roem. S. Veg. 1. I. bulbocodium A. Redout. lil. 88. f. A. I. bulbocodium B. minima. Tenore Fl. Neap. 1. Sisyrinchium Theophrasti. Col. Eepr. 1. p. 327. (ic. bona). S. minus angustifolium. C B. P. 41. Crocus vernus angustifolius 2. Clus. H. 1. p. 207. (sat bona).*

In collibus etiam urbis. *Sul Testaccio e sul Gianicolo in copia, presso Tor-di-Quinto ...* Perenn. Floret Februario ineunte.

Bulbi et folia ut in præcedente, ejusdem fere magnitudinis. Scapus unicus (interdum geminus) brevissimus, terra parum elatus, hinc nonnihil flexus, demum recurvatus. Spatha præcedentis, sed minor. Germen oblique omnino flori subjectum et horizontaliter fere terræ incumbens, magnitudine et forma præcedentis. Corolla erecta vix lineas tres longa, tubo brevissimo, limbo infundibuliformi sexpartito, laciniis lanceolatis, 3 interioribus exteriores vix æquantibus; marcescens convoluta: color ex albo lutescens; laciniæ tres exteriores, ut plurimum, dorso lineis fusco-rubris notatæ; interiores albidæ. Stamina corolla triplo saltem breviora, filamentis simplicibus, ad basim oculo etiam nudo pilosis; antheris sagittato-ovalibus. Stylus staminibus brevior, stigmatibus filiformibus brevibus, apice tantum bifidis, nonnisi staminibus sejunctis conspicendus.

The following text is generated from uncorrected OCR or manual transcriptions.

[Begin Page: Text]

FLORAE ROMANAE
PRODROMUS
exhibens
CENTURIAS XII PLANTARUM
CIRCA ROMAM
ET IN CISAPENNINIS PONTIFICIAE DITIONIS PROVINCIIS
SPONTE NASCENTIUM
SEXUALI SYSTEMATE DIGESTAS
AUCTORIBUS
ANTONIO SEBASTIANI M.D.P.B.P.
. ET
ERNESTO MAURI .
.... jyllis hominum cogentibus ipsae
Sponte sua veniunt
Virg. Georg. 1. S.
ROMAE MDCGGXVIII.
APUD VINC. POGGIOLI R C.A. TYPOGRAPHUM
'Superiorum permissu.

[Begin Page: Text]

TRI ANDRIA MONOGYNIA . 17
ribus minime posse separari edocuit ; et re vera varietatis nostrae 7 circa urbem passim inveniendae , quae ab alius ioniore itinere et constanter diversa visa fuerat , vel color , vel statura , vel genitalium uroportio , vel pluribus simul characteres non raro in individuis prodierunt varietati « vel pertinentibus , quae a ceteris ejusdem loci natalis , vel sterilioris soli ^ vel magis apricae regionis ratione aliquo modo secedebant . Ceterum transitio ab et 111 /S magis luxuriantem varietatem per intermedios lusus frequens quoque fuit in speciminibus Cimini montis . Nonne suspicandum e similibus aberrationibus plures ortas esse Croci sub vere florentis species apud auctores , cum in loco natali observatae non fuerint*
(18) ROMULEA .
Bulbocodium . Noh. Scapis unifloris subgeminatis : follis < filiformi-compressis , sulcatis , flexuosis ; spathis corollae tubum longe excedentibus ; stylo staminibus longiore , stigmatibus bipartitis .
Romulea . Maratti Diss. dc binis Bom.planfis , cumic.(mR-la) . Ixia bulbocodium . L.-W. Sp. ~ Pers. E.-Jacq. rar. t. 2.-Ji.-DesJ. Ati. i. p. 3 ^.-Savi. Bot. Etr.2. p. 7. I, bulbocodium var. «. major . Schoushoe. Mar.. J. bulbocodium B. Redout. lil. t. 88./ B.i ,3. [. bulbocodium A. Tenore Fl. J'ieup, 1. I. bulbo('ocliuin var. 7. grandiihora , En.-Rocni.S. V 1, 1 richoneina bulbocodium . Gawler Ann. of Bot. r.p. 2'20. Romulea flore ex violaceo et luteo variegato . Hort. Rom.j.t. 4. (mala) . Sisyrinchium aspre-

.sium angusto folio alterum . Coi. Ecphr. 2. p. b.t. j.f. 1.
(bona) .Sisyrrinchium minus angustifolium flore inajoro
variegato . C.B. P. 4. Crocus vernus angustifolius yiola-
ceo flore . Cios. II. i.p. 208. (male)

In ai. r'cis . collibus circa urbem frequens . Alia Caffardla,
presso Tor-di-Qiiinto, alla Farnesina, a Capo di Bo\te . etc.
(I Bciccaio , JMonte-R 0 si , sui Cunivii Bereun, Floret
Februario labente , Martio .

Bulbus obverse pyriformis solidus , radiculis ex appendice
eochleariformi oblique bulbo adjecta. Foliaiiformia, la-
teribus compressa , sulcata , superius levissime canalicu-
lata , canaliculi marginibus arcte comiventibus , scapo
longiora, recurva , flexuosa. Scapi e bulbo gemini, in-
terdum 3, vel unicus , nniflori , sub-pollicares , erectius-
culi, fructiferi recurvati . Spatha bivalvis persistens , val-
vulis oppositis , lanceolatis , concavis , basi germen iu-
yolucrantibus , superius corojhe ad pressis ; exterior fo-
liacea rectiuscula ; altera membranacea, dorso interdum
virens , ultra germen libera, extns flexa. Germen eum
continuo scapi apice oblique parum flori subjectum; lineam
jngmn obscure trigonum . Corolla erecta pollicaris et

[Begin Page: Text]

i 8 TRIANDRIA MONOGYNIA . ,

nitra vel minor , tubo brevissimo , semi-lineam vix asse-
quente, limbo sexpartito , campamilato , laciniis «quali-
bus lanceolatis; marcescens convoluta ; colore atimodum
varia , constanter fundo crocea, apicibus sub-violacea , i
cne teruin ab albo ad roseum et rubro-violaceum ludit , et i
lacini« tres exteriores , ut plurimum , dorso colore satu-
ratiore, etiam rubro-spadiceo pinguntur. Stamina ere-
cta corolla duplo saltem breviora , filamentis simplicibus
basi hirsutis , antheris sagittato-oblongis . Stylus stami-
nibus sesqui-longior , vel ultra; stigmata tria filiformia'
profunde bipartita , nec raro omnino sex . ^

Aiagtiuu line uti et 'teolore flores hujus speciei variare non- j
nihil adnotavimus , ideoque huc etiam referri debere du-
cimus aliam Clusii plantam , qure Crocus vernus angu-
stifblius . Cl. 1 . c. , seu Jxict hulhocodium var. (i. media.
Vahl , Roem. et Sch. , aliorumque . Praeterea Clusii icoa
a nobis sub specie citata ob spathae defectum pessima.

42. ConUMN^ . ISoh. Scapo unifloro sub-solitario sub-nutante:
foliis filiformi-compressis sulcatis flexuosis : spathis co-
rollae tubum longe excedentibus : stylo staminibus brevio-
re , stigmatibus apice bifidis .

Romulea var. 5 . illaratfi Diss. De hin.rom pL Ixiabulboco-
dium var. «. parviflora . J^ahl En. 2. - Boem. S. f^eg. 1.
I. bulbocodium A. Bcdout.lil. SS.y". ^4. I. bulbocodium B.
minima . Tenore Fl. IVeup. 1. Sisyrrinchium Theophrasti .
Coi. Eepr. i.p. 327. (ic. bona) .~S. minus angustifolium.
C Crocus vernus angustifollus 2. C/u5. J/. 1. p.207.1
(sat bona) . ^ . . . I

In collibus etiam urbis. Sui Testaccio e sui Gianicolo in
copia , presso Tor-di-Qulnto Perenn. Floret Februario

ineunte .

Bulbi et folia ut in praecedente , ejusdem fere magnitudinis . Scapus unicus (interdum geminus) brevissimus , terra parum elatus , hinc nonnihil flexus , demum recurvatus . Spatha praecedens , sed minor . Germen oblique omnino flori subjectum et horizontaliter fere terra incumbens , magnitudine et forma praecedentis . Corolla erecta vix lineas tres longa , tubo brevissimo , limbo infundibuliformi sexpartito , laciniis lanceolatis , 3 interioribus exteriores vix aequantibus ; marcescens convoluta ; color ex albo lutescens ; lacinae tres exteriores , ut plurimum , dorso lineis fusco-rubris notatae ; interiores albidae . Stamina corolla triplo saltem breviora , filamentis simplicibus , ad basin oculo etiam nudo pilosis ; antheris sagittato-ovalibus . Stylus staminibus brevior stigmatibus filiformibus brevibus , apice tantum bifidis , staminibus sejunctis conspicendus .